



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Formularium Episcopale

Barbosa, Agostinho

Coloniae Agrippinae, 1680

46. De exemptorum privilegiis circa animarum curam, Sacramentorum administrationem, Sanctimonialium monasteria, & Praedicationem Verbi Dei.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10456

Rom. Pontif. pro tempore existente, præterquam in mortis articulo absolvi possint; ne monasteria prædicta prætextu licentiarum hujusmodi ingredi audeant, seu præsumant. Ipsorum vero monasteriorum Abbatissis, seu Priorissis ac superioribus, sub eadem ac privationis suorum officiorum, quæ obtinent, & inhabilitatis ad illa imposteriorum obtinenda, ipso facto sine alia declaratione incurrendis pœnis, nec eas introducere, seu admittere, vel admittas quoquomodo retinere audeant, seu præsumant. *Deputantur executores, derogatur contrariis, & fides defertur transumptis.* Datum Romæ apud S. Marcum sub annulo Piscatoris die 10. Julij 1612. Pontif. nostri anno 8.

De exemptorum privilegiis circa animarum curam, Sacramentorum administrationem, Sanctimonialium monasteria, & prædicationem verbi Dei,

XLVI.

Vide supra fol. 118.

De Monasteriorum, Conventuum, domorum Religiosorum cujuscunque etiam Mendicantium Ordinis erectione.

XLVII.

Vide supra fol. 140. & seq.

De Canonatu Pœnitentiario in singulis Metropolitanis & Cathedralibus Ecclesiis Hispaniæ in concursu ad instar Doctoralium & Magistralium providendo.

XLVIII.

Part. 3. alleg. § 5.

GREGORIUS *Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.*

Supremæ dispositionis arbitrio Romanus Pontifex in excelso militantis Ecclesiæ culmine constitutus, circa statum Cathedralium & Metropolitanarum Ecclesiarum quarumlibet, & fructuosam dispositionem illorum beneficiorum, præsertim eorum, quibus onus sacram paginam publicè legendi, & interpretandi incumbit, ut beneficia ipsa personis dignis, & habitibus præcedente earum idoneitatis examine, eoque rite servato, & sequuto æquitatis tramite, & judicio rationis debite conferantur, talesque personæ postea muneri ad quod tenentur, cum animarum salute divini nominis laudis & gloriæ conjuncta, ut par est, satisficiant, libenter intendit, & desuper præsentissimum sanctionis suæ remedium adhibet, prout Catholicorum Regum vota exposcunt, & id conspicit in Domino salubriter expedire. Sanè christissimus in Christo filius noster
Phi-